

eundem admiffa facinora malos æternis
 poenis & suppliciis punire; Bonis autem
 & piis præparaffe mercedē & vitam nul-
 lis feculis interrumpendam. Alii fuiſſe
 Themis fatidicam mulierem apud Græ-
 eos opinantur, quæ futura hominibus
 prædixerit & rerum euentus incertos ex-
 plicarit: quibus dotibus summã ſibi con-
 ciliarit authoritatem, ita vt eam diuino
 afflatu plenam crederent & communica-
 re cum ſpiritibus & Diis cœleſtibus, à qui-
 bus ortum duceret. Propterea etiam poſt
 obitum ad cœlos remeaffe credita eſt, &
 illic plurimũ poteſtatis in humanas crea-
 turas adepta: Cum Iuſtitiæ præeſſe puta-
 retur, regibus regni iura præſcribere, cõ-
 firmare & ſtabilire, cogere populos ad
 obedientiam & reuerentiam erga Prin-
 cipes, præſcribere leges magiſtratibus, ad
 quarum normã & præcepta Politias re-
 gerent & moderarentur: Tantiq; eſt eſti-
 mata apud Ethnicos, vt ſine eius Numine
 mortales omnes exiſtimauerint mun-
 dum conſtare non poſſe, ideo illi templa
 & honores diuinos ſtatuerunt: Pri-
 mum illi delubrum erectum eſt in Bæo-
 tia